



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

119. An ministris laicalis iurisdictionis liceat auferre Clericis arma
prohibita? Ex p. 5. tr. 1. res. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

Et an index laicus possit spoliare Clericum exercentem venationem, aut piscationem prohibitam, aubus, vel canibus, aut aliis instrumentis

Et an minister laicalis possit tollere à Clericis vestes prohibitas deferentibus ex aliqua Pragmatica Regis, vel auferre annonam à Clericis

Et an index Ecclesiasticus teneatur punire Clericos pœnis statutis à lege laicorum? Ex part. 3. tract. 1. Ref. 28.

Sup. hoc in Ref. præterita & in Ref. seq. §. 2. & in Ref. 1. post. seq. & supra in Ref. 101. §. 1. cursum in principio. verif. Puede.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docent Naldus in *summa ver. Clericus, num. 23. Caballus centur. 1. cas. 9. num. 13. Ignatius Saldedo in tract. crim. cap. 66. §. quamuis ab hac opinione. Villadiego in polit. §. 20. n. 66. vide etiam Peguera decif. §. 6. num. 14. 15. & 17. Afflicti. in pralud. const. Neapol. q. 7. num. 2. Pereira tr. de manu Regia in Concordatis Ioannis 1. art. 15. num. 118. & alios quos citauit in tr. 1. part. 1. de immun. resol. 9. & citat doctus Rodericus Acugna Archiepiscopus Bracharensis in commen. ad Decretum Gratiani part. 1. disp. 31. cap. 8. num. 2.*

2. Sed ibi meritò contrariam sententiam tenui, & nunc teneo cum Suarez in *defens. fidei lib. 4. q. 34. n. 14.* etiam si armorum vsus tanquam Reipublicæ perniciosus, ita prohibitus sit, vt neque domi retinere concessum sit, quidquid in hoc cum Valquez dissentiat Layman in *Theol. mor. lib. 4. tract. 9. cap. 4. num. 7.* & ratio est, quia armorum spoliatio, & amissio violentiam continet, & rationem pœnæ habet, quam secularis iudex propria autoritate, & sine vlla expressa, aut tacita commissione in Clericos exercere non potest. Ergo, &c.

Sup. hoc in Ref. præterita §. vlt. in principio, & in alio verif. eius prima not.

3. Vnde ex his inferitur contra Ortiz in *summa cap. 4. num. 9. Prosperum Rendellam tr. de pascuis p. 1. cap. 13. Villadiegum in polit. cap. 5. §. 20. num. 84. & Bobadillam vbi supra num. 119. Azevedum recopit. lib. 7. tit. 8. leg. 3. in fine. Ioann. de Heuia in Curia Philippica part. 3. §. 3. num. 11. & alios non posse iudicem laicum spoliare Clericum exercentem venationem, aut piscationem prohibitam aubus, vel canibus, vel aliis instrumentis; & ideo etiam non est audiendus Bobadilla in *polit. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 121.* vbi, sed male, asserit, posse ministros laicalis iurisdictionis tollere à Clericis vestes prohibitas deferentibus ex aliqua Pragmatica Regis, neque est audiendus Naldus vbi supra in *summa ver. Clericus, num. 23.* non bene asserens posse ministrum secularem auferre annonam à Clericis; nam hæc omnia habent rationem pœnæ, quam non potest laicus in Clericum exercere; vt ego ipse satis probauit in *ditto tract. 2. p. 1. de immun. Eccl. resol. 15.**

Quæ hic est supra Ref. 100. &c. Et pro contento in hoc §. vlt. ibidem, in eius §. vlt. & in aliis eius not.

4. Nota hic obiter quòd Tamburinus de iure *Abbatum tom. 1. disp. 15. q. 19. num. 30.* docet quòd iudex Ecclesiasticus non tenetur punire Clericos pœnis statutis à lege laicorum, quod etiam notauit Bonacina de legibus q. 2. *disp. 10. punct. 1. §. 1. num. 29.* Ignatius Saldedo in *pract. crim. cap. 56. §. 4. minime*, & nos alibi.

RESOL. CXVIII.

An valida sit lex, qua permittit Magistratibus secularibus, vt arma horis prohibitis Clericis capiant?

Et in tali casu, an index secularis possit damnare Clericum ad pœnam pecuniariam à lege impositam? Ex part. 4. tract. 1. Ref. 19.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Pereira de manu Regia *part. 2. cap. 43. num. 2.* vbi sic ait: Receptissima est opinio posse legem secularem ita statuere,

& vigore illius posse talia arma capi sine metu excommunicationis, quia omnibus armorum vsus prohibitus est, tam laicis, quam Clericis: vnde fit, quòd cum arma attentò iure Canonico Clericis prohibeantur rectè potest lex ciuilibus adiuvando iuris Canonici prohibitionem pœnas addere. Facit deinde, quia hæc lex lata generaliter ob publicam vtilitatem Clericos illigat. Ita ille.

2. Sed ego hanc sententiam in *part. 1. tract. 2. resol. 9.* satis reprobaui, & ad rationes Pereira respondeo quòd licet lex lata generaliter ob publicam vtilitatem, liget etiam Clericos, hoc tamen intelligendum est vi directiua, non coactiua, ita vt possit priuari autoritate propria armis; nec valet dicere, quòd arma non tolluntur in pœnam transgressionis legis, sed potius ne Clericus prosequatur in legis violationem, nam hæc responsio admittenda foret, vt obseruat Castus Palaus *tom. 1. tract. 3. disp. 1. punct. 14. §. 6. n. 9.* si Clerico postea redderentur arma, sed ipsa tolluntur & applicantur sisco Regio, vel birruariis: ergo in pœnam delicti commissi: vnde iam puniuntur Clerici à secularibus iudicibus. Et licet arma portare prohibitum sit Clericis à iure Canonico, non tamen ex hoc sequitur posse illos ex hac legis transgressionem à iudice laico puniri, sed ab Ecclesiastico, vnde ad euitanda scandala solent aliqui Episcopi, (quod approbat Bonacina in *Bull. Coen. disp. 1. quest. 16. punct. 5. num. 27.*) dare facultatem birruariis laicis, vt si noctu inueniant Clericos cum armis prohibitis, illos capiant, & ad eos deducant, & sic euitentur scandala, & consulari bono publico, sine tamen diminutione immunitatis Ecclesiasticæ. Nec valet dicere, quòd arma in tali casu cadunt in commissum, nec capiuntur cum aliqua controuersia iudiciali, ergo, &c. Nam respondeo, hæc esse speculationem chimericam, nam, vt supradictum est, semper hoc procedit ex pœna apposta in ipsa lege: sed Clerici non tenentur nisi condemnati à iudice Ecclesiastico ad pœnam impositam à lege, etiam si sit lata in bonum publicum: ergo iniuste armis spoliatur à iudice laico.

3. Hinc à fortiori explodenda est opinio Redini, quam in puncto iuris veriorem existimat Pereira, asserentis in tali casu iudicem secularem posse damnare Clericum ad pœnam pecuniariam impositam à lege: sed hæc opinio est contra communem, & sacros Canones, vt alibi probatum est; ergo, &c.

Quæ hic est supra Ref. 116. & in Ref. 117. & infra in Ref. seq. & supra in Ref. 101. §. 1. cursum in principio. verif. Puede.

Alibi supra in Ref. 100. in fine §. 1. & seq. & in aliis punctis in annot. d. cti §. 2.

RESOL. CXIX.

An Ministris laicalis iurisdictionis liceat auferre Clericis arma prohibita? Ex part. 5. tr. 1. Refol. 4.

§. 1. **D**e hac quæstione egi in *1. part. tract. 2. resol. 9. & part. 3. tract. 1. resol. 28. & part. 4. tract. 1. resol. 19.* sed nouissime Cutellius ad leg. *Federici cap. 15. not. 17. num. 2.* contra me, negatiuam sententiam docentem, sic loquitur, Non possum eius doctrinam indignari, hominis alioqui considerati, qui cum Regis nostri vassallus sit nullū vsque huc omisit lapidum, quem aduersus Regem non proiecerit, delitescens opinionem in medium proferens. Ita ille.

2. Sed quid effatis, mi Cutellium quid ego sum ex progenie Semei, qui tulit lapides contra David 2. *Reg. 16.* ergo Pater Suarez, Pater Azorius, Pater Castrus Palaus, Sebastianus Acofta, Iacobus Sahagun, Valboa de Magroviejo, Augustinus Barbosa, & alij docti Iuriscòsulti, & Theologi Hispani, qui scripserunt contra Tribunal de la fuerza & Regium exequatur, vel alias sententias, tenuerunt in fauorem libertatis Ecclesiasticæ, proiecerunt lapides in Regem? si

Quæ omnia Ref. hic citata sunt proxiime præterita rixæ, & in alio §. & c. veritatem notatam.

si ita res esset? tu quidem, sicut Iudæi Stephanum iam lapidibus summum Pontificem obruisses. Verum ut ad rem veniamus, dico, non posse laicos spoliare Clericum armis prohibitis, quia si id faciunt per vim iurisdictionis, vel aliquis punitionis, clarum est hoc esse illicitum; si verò per modum iustæ defensionis ad tollendam occasionem rixæ, vel periculum perturbationis civitatis, tunc non aufertur in pœnam: ergo non erit licitum ex vi talis facti omnino spoliare Clericum armis, priuando illum dominio eorum, quia nullus apparet iustus titulus, quo id fieri possit. Igitur tantum debent pro illa occasione auferri, ut postea ei, vel suo Superiori reddantur, & idè dum huic argumento non satisfaciunt aduersarij, semper ego huic sententiæ adhaream. Alias verò rationes pro hac firmanda sententia adducit Marta de iurisdiction. part. 4. cens. 1. cas. 7. qui respondet ad consuetudines aliquorum Regnorum, quas adducit Cutellius. Vide etiam Doctores à me ubi supra citatos, qui plures sunt, nec perfunctorie, ut vult Cutellius; de hac quæstione loquuntur. Adde quòd magis ratione quam Doctorem multitudine nitendum sit. Et post hæc scripta inueni supradictam sententiam me citato, docere etiam doctum & amicum Augustinum Barbosam de iure Eccles. lib. 2. cap. 4. num. 140. Merollam tom. 2. disput. 4. c. 3. dist. 2. n. 608. & Baldellum tom. 1. lib. 5. dist. 57. n. 8. ubi ex pluribus firmant Clericos nò posse per laicos armis spoliari. Vnde ex his patet responsio ad ea quæ in fauorem contrariæ sententiæ adducit Ioannes de Boa in Apol. de iur. Princip. quæst. 2. num. 70. qui pro sua firmanda sententia, hanc etiam rationem adducit, videlicet quia prohibitio iudicis laici fertur super arma ipsa, quæ clericali tonsura non gaudent: an potest dici res magis ridicula? sed iste Auctor meritò in nostro indice Hispano fuit inter Auctores prohibitos annumeratus.

RESOL. CXX.

An ad declinandum forum iudicis secularis sufficiat possessio Clericatus?
 Et an Clericus, qui in re aliqua in Trid. sess. 23. c. 6. præscripta deficit, ob idque foro laicali subicitur, non solum à iudice laico, sed etiam à iudice Ecclesiastico possit puniri, atque iudicari?
 Et an prima Tonsura vnus testimonio probetur? Ex part. 3. tract. 1. Resol. 48.

§. 1. Negatiuam sententiam mordicus tenet Ignatius de Salzedo in pract. Bernardi Diaz c. 62. n. 18. & Carolus de Grassis de effectibus cler. in prax. diis, num. 226. cum aliis penes ipsum.
 2. Sed ego contrariam sententiam tenendam esse puto cum Belletto in disquis. cler. p. 1. tit. de funere cleric. person. §. 14. n. 13. & Mascardo de probat. vol. 1. consil. 302. n. 14. Boëtio decif. 171. n. 13. Masullo in addit. ad Capry. dec. 171. n. 6. Aufretio in addit. ad Capell. Tholof. decif. 117. & aliis: vnde miror, falsam hanc sententiam vocari à Salzedo, est enim probabilissima, & in praxi, ut ait Mascardus, obseruatur. Sed licet stando in prima opinione possessio clericatus non probet clericatum, at tamen operatur, ut transferat onus probandi contrarium in iudicem laicum ut ipsemet Carol. de Graf. ubi supra. ex multis adnotauit, quod est valde mente tenendum pro casibus occurrentibus.
 3. Notandum est tamen hic obiter vnum, de quo olim quidam Iurisconsultus nò prudenter dubitabat nempe quòd Clericus, qui in re aliqua in Trid. sess. 23. c. 6. præscripta deficit, ob idque foro laicali subicitur.
 Tom. I X.

citur, non solum à iudice laico, sed à iudice Ecclesiastico potest puniri, atque iudicari. Et ita ex sacra Cardinalium Congregatione determinat Bonac. de legib. disp. 10. q. 2. punct. 1. §. 4. n. 19.

4. Nota etiam hic, quòd prima tonsura vnus testimonio probatur, secundum Petrum Rebuffum tit. de forma literarum tonsura, num. 24. & Matthæum de Afflictis in consil. Neapolit. tit. 3. num. 12. licet Couarruu. pract. 99. cap. 33. num. 3. cum aliis dissentiat.

RESOL. CXXI.

An Clericus, qui aliquando dimittit habitum, & Tonsuram, amittat priuilegium fori, & iudex laicus possit illum punire?
 Et an vero requiratur trina monitio, ut Clericus incedens sine habitu, & Tonsura perdat priuilegium fori? Ex part. 1. tract. 2. Resol. 34. alias 33.

§. 1. Respondeo negatiuè: & ut amittat supradictum priuilegium, opus est tanta persecutio in dimissione habitus, ut publicè æstinetur, ut laicus. Ita Prosper de Augustino in addit. ad summam Quar. vers. Habitus cler. Layman in Theol. moral. lib. 4. tr. 9. c. 6. n. 2. asser. 1. Suarez de cens. disp. 12. sect. 1. n. 11. Bonac. de legib. disp. 10. q. 2. p. 1. §. 4. n. 14. ubi asserit Sacram Cardinalium Congregationem declarasse, Clericum, qui dimisso clericali habitu homicidium commiserat, & sine clericali habitu à laica potestate captus fuerat remittendum esse ad forum Ecclesiasticum, quia non præsumitur dimisisse habitum animo illum deserendi, sed, ut commodius delictum perpetraret: quod est valde notandum: & hoc etiam notauit Capiblanco in tract. de offic. Bar. prag. 8. p. 3. n. 34.

2. An verò requiratur trina monitio, ut Clericus incedens sine habitu, & tonsura perdat priuilegium fori: Respondeo, quòd de iure antiquo requirebatur, ut patet ex c. finali. de vita, & honest. Cleric. Sed hodie de iure nouo Concl. Tridentini non requiritur, nam dictum Concilium loquitur cum dictione, nisi, quæ excipit iuxta leg. actione. C. de act. & Decium in c. si pro debilitate. ff. de offic. deleg. & ita docent Mar. Ant. lib. 3. ref. 48. n. 7. & Ric. p. 4. decif. 154. n. 4. qui testantur ita fuisse declaratum à Sacra Cardinalium Congregatione: & ita tenet Bellet. in disquis. cler. part. 1. tit. 3. §. 2. n. 6. & alij.

Sup. hoc supra lege doctrinam Resol. 109. & infra in Ref. seq. & in Ref. 1. post seq. §. 2. ad med. & in §. ult. non seq.

Sup. hoc supra in Ref. 109. §. Sed lege, paulo post initium, & infra in Ref. 162. §. Ab his. & in Ref. 328. §. 4. paulo post initium. vers. Nam si. & in tom. 5. tit. 16. Ref. 61. §. Tertio.

RESOL. CXXII.

An Clericus in Minoribus, ut gaudeat priuilegio fori opus sit, ut tempore delicti, vel saltem captura reperiat in Tonsura, & habitu?
 Et an si aliquis Clericus dimisisset habitum Clericalem, & illum reassumeret, etiam sine licentia Episcopi, gaudeat priuilegio fori, etiam si in Synodo hoc prohibitum esset fieri?
 Et an priuilegio fori gaudeat Clericus incedens in habitu & Tonsura, & per paucas vices in Choro, & Professionibus interfuit, quamuis de mandato Episcopi alicui Ecclesia non inseruiat, vel beneficium Ecclesiasticum non habeat? Ex part. 4. tract. 1. Resolut. 18.

§. 1. Pereira de manu Regia, part. 2. cap. 26. num. 5. aduersus aliquos Doctores asserentes quod necessarium sit ut tempore criminis commissi in habitu & tonsura delinquens incedat, quia ad gaudendum foro delicti tempus inspicitur, ut colligitur ex h. i. ff. de pœn. tamen ipse considerans quòd sæpe dicta
 O sine

RESOL. CXXI.
 RESOL. CXXII.

hic et
 in Ref.
 e infra
 et. seq.
 in Ref.
 in pta
 vici.
 lura
 el. 109.
 re. 30.
 eg. & in
 polia
 not. de
 omnia
 ic cito
 re pro
 pte
 & in
 & ref.
 in pta
 an
 oniam